



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare in aqua tantum fiat. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

uocato nomine trinitatis, à peccatis purgaretur.  
Tunc ergo inuocato nomine trinitatis institutum  
est baptismus Christi: in quo trinitas, cuius my-  
sterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

*Quare in aqua tantum fiat.*

Celebratur autem hoc sacramentum tantum in  
aqua, non in alio liquore, vt ait Christus, Nisi quis  
renat<sup>9</sup>, &c. Ideoq; vniformiter id fieri in aqua præ-  
cipitur, vt intelligatur, quod sicut aqua sordes cor-  
poris ac vestes abluit: ita baptismus maculas ani-  
mæ, sordesq; vitiatorum emundando abstergit. Ve-  
ideo vt nullū inopia excusaret: quod posset fieri,  
in vino vel oleo fieret: & vt cōmunis materia ba-  
ptizandi inueniretur apud omnes: quod aqua si-  
gnificauit, quæ de latere Christi manauit, sicut san-  
guis alterius sacramēti signū fuit. Non ergo in alio  
liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

*De immersione quotiens fieri debeat.*

De immersione vero si quæritur, quomodo fieri  
debeat præcise respōdemus, vel semel vel ter, pro  
vario more ecclesiæ. Vnde Greg. De trina immer-  
sione baptismi nil verius responderi potest: quam  
quod vobis ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit  
ecclesiæ sanctæ cōsuetudo diuersa. Quia n. in tribus  
subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse  
nullaten<sup>9</sup> potest infantē in baptismo ter vel semel  
immergere: quia & in tribus immersionibus personarū  
trinitas, & in vna pōt diuinitatis singularitas de-  
signari. Nos vero qui tertio immergimus, etiā tri-  
duanz sepulture sacramētum signam<sup>9</sup>. Secundum  
hoc licet non modo ter, sed etiā semel tantum im-  
mergere. Ibi tamē duntaxat immergere nō seme-  
licet vbi cōsuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis ve-  
ro id facere incipiat, vbi cōsuetudo talis nō est, vel  
semel tantum mergendū asserat, reprehensibile se  
cōstituit. Vnde Haymo, In suo sensu abūdabat Cy-  
pria. cum semel mergebat in baptismo paruulos:

*Ioan. 19. f*

*Leandro E-  
pisc. ep. 41. l.  
ad medium.  
Ibid. paulo  
superius.*

*Ibid paulo  
superius.*

*Super epist.  
ad Roman.  
super illud c.  
14. Vnus-  
quisque in  
sensu suo.*

quia